3. 54. 25. *Gratia* trahit ad Deum, & ad virtutes.
Cum
4. 1. 33. Eſt magna diſtantia inter Arcam fœderis cum ſuis reliquiis, & mundiſſimum corpus tuum, *Domine*, cum ſuis ineffabilibus virtutibus.
17. 12. Omnium devotorum cordium jubilationes &c. tibi offero cum omnibus virtutibus, & laudibus ab omni creatura celebratis.
De
3. 14. 16. Ubi eſt latebra gloriæ? ubi confidentia de virtute concepta?
Ex
32. 22. Quantum quis fecerit, quæritur: ſed ex quanta virtute agit, non tam ſtudioſè penſatur.

2. 10. 6. Spirituales deliciæ ſolæ jucundæ, & honeſtæ ex virtutibus progenitæ *ſunt*.

In

3. 5. 7. Quia adhuc &c. imperfectus ſum in virtute, ideo neceſſe habeo à te, *Domine*, confortari.

6. 16. *Scito*, quòd antiquus inimicus nititur deſiderium tuum evacuare &c. à firmo propoſito proficiendi in virtute.

23. 21. Fiat pax in virtute tua, *Domine*.

34. 22. Diſſipa gentes, quæ bella volunt, contere eas in virtute tua.

37. 10. Quidam primò totum offerunt, ſed poſtea tentatione pulſati ad priora redeunt, ideo minimè in virtute proficiunt.

40. 18. Eſt vera gloria &c. gaudere in nomine tuo, *Domine*, non in propria virtute.

43. 2. Non eſt regnum Dei in ſermone, ſed in virtute.

1. 18. 15. *SS. Patres* pauperes erant rebus terrenis, ſed divites valde in gratia, & virtutibus.

23. 23. Dabit magnam fiduciam feliciter moriendi &c. fervens deſiderium in virtutibus proficiendi.

25. 17. Illi præ cæteris in virtutibus proficiunt, qui ea, quæ ſibi gravia, & contraria ſunt, vincere nituntur.

3. 49. 5. *Propoſitum ſerviendi Deo* accipis ſolâ dignatione ſupernæ gratiæ, quatenus in virtutibus, & majori humilitate proficias.

4. 16. 4. Tu, *Domine*, ſcis, quibus bonis indigeo præ omnibus, & quàm pauper ſum in virtutibus.

Per

3. 54. 33. *Gratia* exhortatur bonos &c. Filio Dei per virtutes aſſimilari.

VIS. vim.

55. 7. Modica vis, quæ remanſit, eſt tanquam ſcintilla quædam latens in cinere.

1. 22. 28. Niſi tibi vim feceris, vitium non ſuperabis.

25. 62. Tantùm proficies, quantùm tibi ipſi vim intuleris.
1. 23. 20. Vim facientes elide tentationes, *Domine*.
48. 39. Beatus ille homo &c. qui naturæ vim facit.

VISCERA. bus.

4. 17. 8. Joannes in præſentia tua, *Domine*, lætabundus exultavit in gaudio Spiritûs ſancti, dum adhuc maternis clauderetur viſceribus.

VISIO. nes.

1. 20. 46. Si cuncta videres præſentia, quid eſſet, niſi viſio vana?
3. 7. 26. Merita non ſunt ex hoc exiſtimanda, ſi quis plures viſiones, aut conſolationes habeat &c. ſed ſi vera fuerit humilitate fundatus.
4. 17. 12. Omnium devotorum cordium jubilationes &c. cœlicas viſiones tibi, *Domine*, offero.

SECUNDÙM

3. 50. 37. Non me ſinas ſecundùm viſionem oculorum exteriorum judicare.

VISITATIO

2. 1. 7. Frequens *eſt Chriſto* viſitatio cum homine interno.

VISITATIONIS

3. 3. 21. Quod non intelligis, cùm legis, cognoſces in die viſitationis.
4. 15. 1. Oportet te &c. Deo terminum, & modum ſupernæ viſitationis, donec veniat, committere.

VISITATIONI

2. 10. 8. Multùm contrariatur ſupernæ viſitationi falſa libertas animi.

VISITATIONEM

9. 21. Cum humilitate, & patientia expecta cœleſtem viſitationem.
3. 51. 6. Expedit tibi &c. ſupernam viſitationem firmâ confidentia exſpectare.

VISITATIONE

52. 1. Domine, non ſum dignus &c. aliqua ſpirituali viſitatione.

VISITATIONIBUS

54. 45. Quotidie novis viſitationibus interior homo ſecundùm imaginem Dei reformatur.

SINE

4. 3. 9. Sine viſitatione tua, *Domine*, vivere non valeo.

VISUS. u.

1. 1. 19. Non ſatiatur oculus viſu, nec auris impletur auditu.

VITA

8. Virtuoſa vita efficit Deo charum.

2. 9. Bona vita refrigerat mentem.

3. 23. *Scientiæ* præferenda eſt bona conſcientia, & virtuoſa vita.

30. Utinam vita *Doctorum* ſcientiæ eorum concordâſſet! tunc bene ſtuduiſſent.

4. 9. Bona vita facit hominem ſapientem ſecundùm Deum.

13. 2. Tentatio eſt vita hominis ſuper terram.

18. Quid eſt vita noſtra, ſi *SS. Patribus* fuerit comparata.

19. 1. Vita boni religioſi omnibus virtutibus pollere debet.

22. 12. Quantò homo voluerit eſſe ſpiritualior, tantò præſens vita ſit ei amarior.

23 9. Longa vita non ſemper emendat, ſed ſæpè culpam magìs auget.

42. Vita hominum tanquam umbra pertranſit.

24. 41. *In judicio* plus placebit ſtricta vita &c. quàm omnis delectatio terrena.

2. 12. 7. In cruce ſalus, in cruce vita *eſt*.

35. Tota vita Chriſti crux fuit, & martyrium.

37. Tota iſta vita mortalis plena eſt miſeriis.

3. 1. 9. Hæc dicit dilectus tuus: ſalus tua ego ſum: pax tua, & vita tua.

3. 2. Verba mea ſpiritus, & vita ſunt.

18. 10. Etſi oneroſa ſentitur præſens vita; facta eſt tamen, *Domine*, per gratiam tuam valde meritoria.

20. 16. Heu qualis eſt hæc vita, ubi non deſunt tribulationes?

19. Quomodò poteſt amari vita, tantas habens amaritudines?

20. Quomodò dicitur vita, tot generans mortes, & peſtes?

32. 9. Utinam &c. ad nutum meum purè ſtares,

res, tunc &c. tota vita tua in gaudio, & pace tranſiret!

47. Digna eſt his omnibus, & majoribus præliis vita æterna.

56. 4. Ego ſum via, veritas, & vita.

6. Ego ſum vita, quam ſperare debes.

7. Ego ſum &c. vita interminabilis.

8. Ego ſum &c. vita vera, vita beata, vita increata.

18. Domine JEſu, quia arcta erat vita tua, & mundo deſpecta, dona mihi tecum mundi deſpectum imitari.

27. Verè vita boni monachi crux eſt, ſed dux paradiſi.

4. 1. 5. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt.

11. 23. *Sine cibo, & lumine* mihi importabilis foret iſta miſerabilis vita.

18. 7. Fides à te exigitur, & ſincera vita; non altitudo intellectûs.

VITÆ

1. 14. *SS. Patres* vix neceſſaria vitæ ſumebant.

21. 27. Si frequentiùs de morte tua, quàm de longitudine vitæ cogitares, non dubium, quin ferventiùs te emendares.

2. 4. 6. Si rectum cor tuum eſſet, tunc omnis creatura ſpeculum vitæ &c. eſſet.

9. 43. Qui vicerit, dabo ei edere de ligno vitæ.

12. 10. Non eſt ſalus animæ, nec ſpes æternæ vitæ, niſi in cruce.

3. 2. 20. Loquere Domine, quia audit ſervus tuus, verba enim vitæ æternæ habes.

21. Loquere mihi &c. ad totius vitæ meæ emendationem.

7. 4. *Non* eſt in eo ſpiritualis vitæ profectus, cùm conſolationis habueris gratiam.

10. 18. Utinam poſſem tibi, *Domine*, ſervire cunctis diebus vitæ meæ!

12. 16. *Iniqui* propter modicum corruptibilis vitæ delectamentum, mortem animæ incurrunt.

17.

17. 15. Dummodò me, *Domine*, non deleas de libro vitæ, non mihi nocebit, quidquid venerit tribulationis ſuper me.

18. 9. Dignum eſt, ut ego miſellus peccator, donec ipſe volueris, onus corruptibilis vitæ pro ſalute mea portem.

20. 24. Trahunt ád amorem mundi &c. deſiderium oculorum, & ſuperbia vitæ.

26. 3. Piiſſime Deus meus, præſerva me à curis hujus vitæ, ne nimìs implicer.

31. 21. Ex puro corde procedit fructus bonæ vitæ.

45. 33. Quàm tutum *eſt* &c. ea totâ ſedulitate ſectari, quæ vitæ emendationem dant, & fervorem.

47. 15. O ſi vidiſſes *San*ctorum in cœlo coronas perpetuas &c. hujus vitæ lætos dies *non* concupiſceres!

51. 2. Neceſſe habes &c. onus corruptibilis vitæ, etiam invitè, & cum tædio portare.

59. 18. Altitudo vitæ, & profunditas eloquiorum tu es, *Domine*.

23. Conſerva animam ſervuli tui inter tot diſcrimina vitæ.

4. 1. 25. Ego putrida creatura, audebo te &c. vitæ datorem tam facilè ſuſcipere?

2. 1. Super bonitate tua, & magna miſericordia tua, Domine, confiſus, accedo &c. ſitiens ad fontem vitæ.

5. 12. Sacerdos debet &c. aliis bonæ vitæ exemplum præbere.

11. 22. Habebo libros ſanctos pro ſolatio, & vitæ ſpeculo.

25. Sacramentum tuum, *Domine*, eſt panis vitæ.

40. Etſi non poſſumus in tanta innocentia vitæ converſari, concede nobis tamen, dignè flere mala, quæ geſſimus,

13. 7. Verè tu es dilectus meus &c. in quo complacuit animæ meæ habitare omnibus diebus vitæ ſuæ.

17. 1. Deſidero te, Domine, ſuſcipere quemadmo-

modùm multi Sancti &c. te deſideraverunt, qui tibi maximè in ſanctitate vitæ placuerunt.

VITAM

1. 1. 2. Hæc ſunt verba Chriſti, quibus admonemur, quatenus vitam ejus, & mores imitemur.

6. Qui vult plena Chriſti verba intelligere; oportet, ut totam vitam ſuam illi ſtudeat conformare.

16. Vanitas eſt, longam vitam ſperare, vel optare, & de bona vita modicum curare.

17. Vanitas eſt, præſentem vitam ſolùm attendere, & quæ futura ſunt, non prævidere.

17. 5. Oportet te ſtultum fieri propter Chriſtum, ſi vis religioſam ducere vitam.

18. 6. O quàm ſtrictam, & abdicatam vitam ſancti Patres in eremo duxerunt!

22. 7. Dicunt multi imbecilles, & infirmi: ecce quàm bonam vitam ille homo habet &c.

17. Væ illis, qui diligunt hanc miſeram, & corruptibilem vitam.

2. 12. 67. Scias pro certo, quia morientem te oportet ducere vitam.

3. 10. 9. Non omnibus datum eſt, ut &c. ſæculo renuncient, & monaſticam vitam aſſumant.

50. 35. Ne deſpicias, *Domine*, peccaminoſam vitam meam, nulli meliùs, quàm tibi ſoli notam.

56. 9. Si manſeris in via mea, cognoſces veritatem: & &c apprehendes vitam æternam.

14. Si vis beatam vitam poſſidere, præſentem vitam contemne.

4. 1. 12. Jubes, *Domine*, &c. ut immortalitatis accipiam alimoniam, ſi æternam cùpiam obtinere vitam.

47. Fideles tui, qui totam vitam ſuam ad emendationem diſponunt,

ponunt, ex hoc digniſſimo *Altaris* Sacramento magnam devotionis gratiam &c. recipiunt.

2. 18. *Tu, Domine*, das vitam mundo.

6. 2. Si non accedo *ad S. Communionem*, vitam fugio.

7. 17. Defectibus tuis cum dolore &c. confeſſis, firmum ſtatue propoſitum ſemper emendandi vitam tuam.

Vitâ

1. 25. 32. Verecundari potes inſpectâ vitâ JEſu Chriſti, quia necdum illi te conformare ſtuduiſti.

3. 32. 15. *Cœleſtem ſapientiam* multi oretenus prædicant, ſed vitâ longè diſſentiunt.

47. 13. O ſi vidiſſes Sanctorum in cœlo coronas perpetuas, quantâ nunc exultant gloriâ, qui &c. quaſi vitâ ipsâ indigni putabantur, profectò te ſtatim humiliares!

55. 17. Electorum proprium donum eſt gratia, quâ inſigniti, digni habentur vitâ æternâ.

A

1. 22. 32. Oportet nos tenere patientiam &c. donec tranſeat iniquitas hæc, & mortalitas abſorbeatur à vita.

Ad

2. 12. 15. Non eſt alia via ad vitam &c. niſi via ſanctæ crucis.

3. 3. 14. Erubeſce ſerve piger, quòd *peccatores* paratiores inveniuntur ad perditionem, quàm tu ad vitam.

56. 10. *Si vis ad vitam ingredi*, ſerva mandata.

4. 9. 24. Fac nos, *Domine*, tales exiſtere, ut ſimus digni gratiâ tuâ perfrui, & ad vitam proficiamus æternam.

De

1. 23. 20. Quando illa extrema hora venerit, multùm aliter ſentire incipies de tota vita tua præterita.

In

18. 5. *SS. Patres* animas ſuas in hoc mundo oderunt, ut in vitam æternam poſſiderent eas.

4. 4. 31. *Tibi, Domine*, committo me, & omnia mea, ut me cuſtodias, & perducas in vitam æternam.

1. 1. 3. Summum ſtudium noſtrum ſit in vita JESU Chriſti meditari.

3. 28. Dic mihi ubi ſunt modò omnes illi Domini, & Magiſtri, quos bene noviſti? &c. in vita ſua aliquid videbantur, & modò de illis tacetur.

20. 18. Nunquam promittas tibi ſecuritatem in hac vita, quamvis bonus videaris cœnobita.

21. 5. Mirum eſt, quòd homo poteſt unquam perfectè in hac vita lætari, qui ſuum exilium &c. penſat.

27. Eſt ſecurius, quòd homo non habeat multas conſolationes in hac vita ſecundùm carnem.

23. 22. Quàm felix, & prudens, qui talis nunc nititur eſſe in vita, qualis optat inveniri in morte!

48. Fac nunc tibi amicos, venerando Dei Sanctos &c. ut cùm defeceris in hac vita, illi te recipiant in æterna tabernacula.

25. 33. Religioſus, qui ſe devotè in Sanctiſſima vita, & paſſione Domini exercet, omnia utilia, & neceſſaria ibi inveniet.

2. 3. 21. Tota pax noſtra in hac miſera vita in humili ſufferentia ponenda eſt.

12. 5. *In judicio* omnes ſervi crucis, qui ſe Crucifixo conformaverunt in vita, accedent ad Chriſtum judicem cum magna fiducia.

52. Præpara te ad toleranda multa adverſa &c. in hac miſera vita.

3. 3. 31. Quomodò poſſum me tolerare in hac miſera vita, niſi me con-

confortaverit miſericordia, & gratia tua, *Domine*?
12. 1. Multa in hac vita accidunt contraria.
18. 7. Domine, quia patiens fuiſti in vita tua &c. dignum eſt, ut ego &c. patienter me ſuſtineam.
20. 15. Adversùs *carnem* certare oportebit, quamdiu ſpiratur in hac vita miſerrima.
35. 1. Fili, nunquam es ſecurus in hac vita, ſed quoad vixeris, ſemper arma ſpiritualia tibi ſunt neceſſaria.
7. Si quæris in hac vita requiem, quomodò tunc pervenies ad æternam requiem?
42. 3. Propter me diligendus eſt, quisquis tibi bonus viſus eſt, & multùm charus in hac vita
45. 35. Quàm ſanè profuit gratia ſilentiò ſervata in hac fragili vita!
56. 20. Exerceatur ſervus tuus in vita tua, *Domine JEſu*, quia ibi eſt ſalus mea.
59. 1. Domine, quæ eſt fiducia mea, quam in hac vita habeo?
4. 11. 23. Duo mihi neceſſaria ſentio in hac vita &c. *cibum ſcilicet, & lumen.*

Per

1. 13. 29. Quidam in principio converſionis graviores tentationes patiuntur; quidam in fine; quidam quaſi per totam vitam ſuam malè habent.
3. 49. 45. Hoc optandum eſt tibi, ut ſive per vitam, ſive per mortem Deus ſemper in te glorificetur.

Pro

3. 11. Pro æterna vita à multis vix pes ſemel à terra levatur.
47. 18. Nonne pro vita æterna cuncta laborioſa ſunt toleranda?
4. 1. 2. Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita.

Sine

Sine

3. 56. 5. Sine via non itur, ſine veritate non cognoſcitur, ſine vita non vivitur.

VITIUM

1. 24. 19. *In inferno* nullum vitium erit, quod ſuum proprium cruciatum non habebit.

Vitium

11. 8. Rarò unum vitium perfectè vincimus.

16. Si omni annô unum vitium extirparemus, citò viri perfecti efficeremur.

22. 28. Niſi tibi vim feceris, vitium non ſuperabis.

Vitia

21. 25. Materiæ juſti doloris &c. ſunt peccata, & vitia noſtra.

4. 4. 14. *In SS. Altaris Sacramento* vitia mea curantur.

Vitiorum

1. 18. 8. *SS. Patres* quàm forte bellum adversùs edomationem vitiorum geſſerunt!

3. 43. 5. Stude mortificationi vitiorum.

48. 8. O quando finis horum malorum? quando liberabor à miſera ſervitute vitiorum?

23. Da, *Domine*, citò abjicere, & contemnere phantaſmata vitiorum.

50. 34. Tu ſcis &c. quantùm deſervit tribulatio ad rubiginem vitiorum purgandam.

4. 1. 11. Provocat me dulcedo verborum tuorum, ſed onerat multitudo vitiorum meorum.

12. 5. Exclude totum ſæculum, & omnem vitiorum tumultum.

Vitiis

1. 25. 58. Major labor eſt, reſiſtere vitiis, & paſſionibus quàm corporalibus inſudare laboribus.

Vitia

24. 11. Melius eſt modo pur-

purgare peccata, & vitia reſecare, quàm in futuro purganda reſervare.

3. 3. 23. Duas lectiones *electis* quotidie lego, unam increpando eorum vitia, alteram exhortando ad virtutum incrementa.

4. 16. Nil ſic timeas, ſic vituperes, & fugias, ſicut vitia, & peccata tua.

A

4. 10. 1. Frequenter recurrendum eſt ad fontem gratiæ &c. quatenus à paſſionibus tuis, & vitiis curari valeas.

Ad

1. 3. 25. O ſi *Religioſi* tantam adhiberent diligentiam ad extirpanda vitia &c. tunc non fierent tanta mala &c in cœnobiis.

22. 33. O quanta fragilitas humana, quæ ſemper prona eſt ad vitia!

3. 52. 8. Nihil boni me egiſſe recolo, ſed ſemper ad vitia pronum fuiſſe.

Ex

53. 16. Ex hoc vitio, quòd homo ſemetipſum nimis inordinatè diligit penè totum pendet, quidquid vincendum eſt.

In

4. 16. 1. *Domine*, tu ſcis &c. in quantis malis, & vitiis jaceo.

Pro

3. 55. 6. *Ita Adæ peccatô corrupti ſumus*, ut ipſa natura &c. pro vitio ponatur.

VITUPERATIO. nis.

46. 12. Qui cor intus non habet, nec Deum præ oculis faciliter verbô movetur vituperationis.

VITUPERIUM. a.

2. 6. 17. Magnam habet cordis tranquillitatem, qui nec laudes curat, nec vitu-

vituperia.

VIVIFICATOR

4. 3. 22. O mira circa nos tuæ pietatis dignatio, quòd tu Domine Deus creator, & vivificator omnium ſpirituum, ad pauperculam digneris venire animam!

UMBRA

1. 23. 42. Vita hominum tanquam umbra pertranſit.

UMBRÆ

3. 59. 22. Exaudi, *Domine*, orationem pauperis ſervi tui longè exulantis in regione umbræ mortis.

UMBRÆ

4. 11. 10. Me oportet contentum eſſe in lumine veræ fidei &c. donec aſpiret dies æternitatis, & umbræ figurarum inclinentur.

DE

3. 24. 9. Non ſit tibi curæ de magni nominis umbra.

SINE

49. 1. Ut claritatem meam ſine viciſſitudinis umbra contemplari poſſis, dilata cor tuum.

SUB

50. 11. Sub umbra alarum tuarum *Domine protegitur ſervus tuus* à tentationibus.

UMBRACULUM. a.

46. 6. Quia deſpici metuis &c. excuſationum umbracula quæris.

UNCTIO. nem.

26. 8. Da, Domine, pro omnibus mundi conſolationibus ſuaviſſimam ſpiritûs tui unctionem.

UNIO

37. 11. *Sine integra reſignatione & quotidiana ſui immolatione* non ſtat, nec ſtabit unio fruitiva.

4. 8. 8. Si *non* ſponte te ad voluntatem meam obtuleris, non eſt plena oblatio, nec integra erit inter nos unio.

Unionis

15. 17. *Chriſtianus* in accipiendo Sacram Evchariſtiam, magnam promeretur divinæ unionis gratiam.

16. 11. Unus tecum, *Domine*, efficiar ſpiritus, per gratiam internæ unionis.

Unionem

2. 5. 13. Si velles, ut debes, habere pacem, & unionem veram, oportet, quòd totum mundum poſtponas, & te ſolum præ oculis habeas.

Unione

4. 17. 19. *Devotè communicantes* optatâ devotione, ac fruibili unione potiti &c. mei pauperis recordari dignentur.

Ad

1. 21. 9. Felix, qui poteſt &c. ad unionem ſe recolligere Sanctæ compunctionis.

UNGUENTUM

3. 52. 20. *Humilis peccatorum contritio* eſt gratum unguentum, quod ſacris pedibus tuis, *Domine*, infundi voluiſti.

VOCATIO. nis.

1. 25. 30. Quàm nocivum eſt, negligere vocationis ſuæ propoſitum!

VOLUNTAS

15. 11. Propria voluntas, ſpes retributionis, affectus commoditatis rarò abeſſe volunt *ab intentione humana.*

16. 4. Si quis ſemel, aut bis admonitus non acquieſcit, noli contendere, ſed totum Deo committe, ut fiat voluntas ejus.

25. 14. *Perfectus inquirit, quæ ſit* voluntas Dei beneplacens.

3. 15. 17. *Domine*, tua voluntas mea ſit: & mea voluntas tuam ſemper ſequatur.

16. 14. Si tua defuerit conſolatio, ſit mihi tua vo-

voluntas &c. pro ſummo ſolatio.

17. 5. Dummodò voluntas mea recta, & firma ad te permaneat, fac de me, quidquid tibi placuerit.

22. 19. Nihil amatorem tuum, & cognitorem beneficiorum tuorum, *Domine*, ita lætificare debet, ſicut voluntas tua.

23. Voluntas tua, & amor honoris tui omnia excedere debet.

23. 6. Opta ſemper, & ora, ut voluntas Dei integrè in te fiat.

29. 11. Domine, fiat voluntas tua.

49. 37. *In cœlo* voluntas tua una ſemper mecum, nil cupiet extraneum, vel privatum.

VOLUNTATIS

1. 12. 7. Quando homo bonæ voluntatis tribulatur &c. tunc Deum ſibi magìs neceſſarium intelligit.

2. 9. 32. Spiritus venit, & recedit ſecundùm ſuæ voluntatis beneplacitum.

3. 11. 2. Tui ipſius amator non ſis, ſed meæ voluntatis cupidus æmulator.

45. 31. O quàm bonum, *Domine*, ſecundùm placitum tuæ voluntatis, optare perfici!

4. 11. 41. Concede nobis &c. in ſpiritu humilitatis, ac bonæ voluntatis propoſito tibi ferventiùs deſervire.

15. 11. Nil ita *reſignato* ſapiet, & placebit, ſicut beneplacitum divinæ voluntatis.

VOLUNTATI

1. 7. 4. Fac, quod in te eſt, & Deus aderit bonæ voluntati tuæ.

15. 9. Multum facit, qui communitati magìs, quàm ſuæ voluntati ſervit.

25. 12. *Doctus à Deo* mox divinæ ſe comiſit voluntati.

3. 13. 8. Quia nimis inordinatè te diligis, ideo plenè te reſignare ali-

aliorum voluntati trepidas.

25. 12. *Perfectio conſiſtit* in offerendo te ex toto corde tuo voluntati divinæ.

49. 30. Vix eſt aliquid tale, in quo mori indiges, ſicut videre, & pati, quæ voluntati tuæ adverſa ſunt.

VOLUNTATEM

1. 3. 36. Verè bene doctus eſt, qui Dei voluntatem facit, & ſuam relinquit.

3. 33. Domine, doce me facere voluntatem tuam.

22. 2. Da mihi intelligere voluntatem tuam.

23. 3. Stude, fili, alterius potiùs facere voluntatem, quàm tuam.

49. 34. Pro modica hac voluntate, quam nunc ſpontè deſeris, habebis ſemper voluntatem tuam in cœlis.

50. 38. *Sinas me, Domine*, ſuper omnia voluntatem beneplaciti tui ſemper inquirere.

4. 10. 24. *Habens* bonam voluntatem, & piam intentionem communicandi, non carebit fructu Sacramenti.

VOLUNTATE

3. 49. 5. Mihi toto cordis affectu adhærere, ac ferventi voluntate ſtudeas deſervire.

43. Hoc curato, ut ſive Prælatus, ſeu junior, aut æqualis aliquid à te expopoſcerit &c. ſincera voluntate ſtudeas adimplere.

VOLUNTATES

12. 9. *Sæculares* habent multas delectationes, & proprias ſequuntur voluntates, ideoque parùm ponderant ſuas tribulationes.

13. 12. Diſce voluntates tuas frangere, & ad omnem ſubjectionem te dare.

A

12. 17. Fili, poſt concupiſcen-

centias tuas non eas, & à voluntate tua avertere.

AB

37. 7. Quomodò poteris eſſe meus, & ego tuus, niſi fueris ab omni propria voluntate intus, & foris ſpoliatus?

AD

2. 8. 35. *In adverſis* non debes dejici, nec deſperare; ſed ad voluntatem Dei æquanimiter ſtare.

3. 5. 41. Qui non eſt paratus &c. ad voluntatem ſtare dilecti, non eſt dignus amator appellari.

50. 28. Percute, *Domine*, dorſum meum, & collum meum, ut incurvem ad voluntatem tuam tortuoſitatem meam.

4. 8. 8. Si in teipſo ſteteris, nec ſponte te ad voluntatem meam obtuleris, non eſt plena oblatio.

CONTRA

1. 11. 20. Grave eſt, aſſueta dimittere; ſed gravius contra propriam voluntatem ire.

CUM

3. 35. 4. Si non ponis cor tuum fixè in me, cum mera voluntate cuncta patiendi propter me, non poteris &c. ad palmam pertingere beatorum.

4. 7. 18. Cum plenâ reſignatione, & integra voluntate, offer teipſum in honorem nominis mei in ara cordis tui holocauſtum perpetuum.

IN

2. 9. 37. *In adverſis* non eſt melius remedium, quàm patientia & abnegatio mei in voluntate Dei.

3. 56. 3. Volo te addiſcere perfectam abnegationem tui in voluntate mea.

PRO

7. 25. Utilior eſt ſæpè talis *adverſitatum* probatio, quàm ſi ſemper proſpera pro tua haberes voluntate.

35. 13. Putas tu, quòd ſemper habebis pro tua voluntate conſolationes ſpirituales?

49. 34. Pro modica hac voluntate, quam nunc ſponte deſeris, habebis ſemper voluntatem tuam in cœlis.

4. 10. 23. Dominus aderit deſiderio *hominis devoti* pro bona voluntate.

Secundùm

1. 22. 3. Quis eſt, qui habet omnia ſecundùm ſuam voluntatem?

3. 18. 8. Domine, quia patiens fuiſti in vita tua &c. dignum eſt, ut ego miſſellus peccator ſecundùm voluntatem tuam patienter me ſuſtineam.

## VOLUPTAS. te.

26. 3. Piiſſime Deus meus, præſerva me &c. à multis neceſſitatibus corporis, ne voluptate capiar.

Voluptatum

1. 24. 17. *In inferno* luxurioſi, & voluptatum amatores ardenti pice, & fœtido ſulphure perfundentur.

Voluptates

2. 10. 4. Excedunt ſpirituales conſolationes omnes mundi delicias, & carnis voluptates.

In

1. 24. 47. Si uſque in hodiernam diem ſemper in honoribus, & voluptatibus vixiſſes: quid totum tibi profuiſſet, ſi jam mori in inſtanti contingeret?

## VOTUM. a.

4. 17. 14. Accipe vota mea, Domine Deus meus, & deſideria infinitæ laudationis.

Pro

15. 5. Si ſemper citò gratia daretur, & pro voto adeſſet, non eſſet infirmo homini bene portabile.

## VOX

3. 5. 28. Si quis amat, novit, quid hæc vox clamet.

43. 18. Una vox librorum, ſed non omnes æquè informat.

Vocem

1. 4. Beatæ aures, quæ non vocem foris ſonantem, ſed interiùs auſcultant veritatem loquentem.

25. 5. Si me audieris, & vocem meam ſecutus fueris, poteris multa pace frui.

AD

3. 5. Ego docui Prophetas ab initio, & usque nunc non ceſſo omnibus lo. qui: ſed multi ad vocem meam ſurdi ſunt.

PER

1. 3. 1. Felix, quem veritas per ſeipſam docet, non per figuras, & voces.

PROPTER

4. 17. 10. Amicus ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudiô gaudet propter vocem ſponſi.

SINE

3. 21. 19. Apud te, O *JEſu*, eſt os meum ſine voce & ſilentium meum loquitur tibi.

USUS

1. 10. 13. Malus uſus, & negligentia profectûs noſtri multùm facit ad incuſtodiam oris noſtri,

4. 11. 11. Cùm venerit, quod perfectum eſt, ceſſabit uſus Sacramentorum.

USU

3. 19. 7. Quantò meliùs ad patientiam te diſponis: &c. tantò leviùs feres, animo, & uſu ad hoc non ſegniter paratis.

EX

7. 6. *In deſolatione* opera tua ex uſu facienda *non* omnino dilabi permittas.

48. 31. Hoc mihi citò occurrit quod naturaliter delectat, aut ex uſu placet.

4. 1. 54. Heu cæcitas, & duritia cordis humani tam ineffabile donum *Sacramenti Altaris* non magìs attendere, & ex quotidiano uſu etiam ad inadvertentiam defluere.

IN

3. 16. 6. Sint temporalia in uſu, æterna in deſiderio.

UTERUS, in.

4. 2. 34. Ita magnum &c. tibi videri debet, cùm celebras, aut Miſſam audis,

d's, ac ſi eodem die Chriſtus primùm in uterum Virginis deſcendens homo factus eſſet.

UTILITAS. tis.

1. 19. 13. *Si* &c. fraternæ utilitatis propoſitô quandoque conſuetum omittitur exercitium, facilè poterit recuperari.

23. Nunquam ſis otioſus: ſed aut legens, aut ſcribens, aut orans, aut meditans, aut aliquid utilitatis pro communi laborans.

3. 54. 41. *Gratia* docet &c. de omni re, & in omni ſcientia, utilitatis fructum &c. quærere.

Utilitati

4. 10. 31. Debes potiùs aliorum ſervire utilitati, quàm propriæ devotioni, vel affectui.

Utilitatem

1. 5. 3. Quærere potiùs debemus utilitatem in Scripturis, quàm ſubtilitatem ſermonis.

2. 4. 5. Si nihil aliud, quàm Dei beneplacitum, & proximi utilitatem intendis, & quæris, interna libertate frueris.

Ad

3. 59. 11. Etiamſi me, *Domine*, variis tentationibus, & adverſitatibus exponas, hoc totum ad utilitatem meam ordinas.

Pro

1. 15. 2. Pro utilitate indigentis bonum opus aliquando intermittendum eſt.

VULNUS. ad. in. ſine.

2. 1. 27. Si ad vulnera, & pretioſa ſtigmata JEſu devotè confugeris, magnam in tribulatione confortationem ſenties.

26. In ſacris vulneribus *Chriſti* libenter habita.

3. 35. 3. Si non uteris undique ſcutô patientiæ, non eris diu ſine vulnere.

VULTUS. ûs. um.

40. 8. Tu, *Domine*, ſolus ſine humano ſuffragio poteris auxiliari, & in tantum confirmare, ut vultus meus ampliùs in diverſa non mutetur.

4.

4. 4. 29. Ego laboro in ſudore vultûs mei.
1. 24. 3. Quid reſpondebis Deo, omnia mala tua ſcienti, qui interdum formidas vultum hominis irati?
3. 21. 22. Miſer ſum, & incarceratus &c. donec me, *Domine*, libertati dones, vultúmque amicabilem demonſtres.

XYSTUS

2. 9. 9. *S. Laurentius* ſummum Dei Sacerdotem Xyſtum &c. pro amore Chriſti à ſe tolli clementer ferebat.

ZACHÆUS. cum.

4. 3. 5. *Domine* cupio te in domum meam inducere, quatenus cum Zachæo merear à te benedici.

ZELATOR

3. 20. 13. Utinam fortiſſime Deus Iſraël, Zelator animarum fidelium reſpicias ſervi tui laborem!

ZELUS

1. 7. 14. In corde ſuperbi zelus, & indignatio frequens *eſt*.

ZELUM

18. 8. *SS. Patres* quàm magnum zelum, & fervorem ad ſpiritualem profectum habuerunt!
2. 3. 10. Habe primò zelum ſuper teipſum, & tunc juſtè zelare poteris etiam proximum tuum.
5. 5. Paſſione interdum movemur, & zelum putamus.

# Ut in omnibus glorificetur Deus.

S. P. Ben. in Regula. c. 57. v. 9.

De Imi-